



כ"ט
CULTUM
DEFUNCTORUM,

UTI VIGET
INTER PONTIFICIOS,

ET EUM IMPRIMIS,

DE QVO

APUD ET OB CHINENSES
CONTROVERTITUR,

BREVE SUB EXAMEN VOCAT,

SUMME REV. FACULT. THEOL. IN ACAD. LIPS.

AC
CONSENSU,

P R Æ S I D E T 154

D O M I N O

GOTTLOB FRID. Seligmann/

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. ORDINAR.

CONSISTOR. ELECTORAL. ET DUCAL. ASSESSOR.

MAJORIS PRINCIPUM COLLEGII h. t. PRÆPOS.

ET AD DIV. THOM. PAST.

PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO OMNI

OBSERVANTIA SEMPER COLENDO,

AD DIEM XI. SEPTEMBR. ANNO M DCC. III.

IN AUDITORIO THEOLOGICO

HOR. CONSUVET.

ULTERIUS DISCUTIENDUM SISTIT

A U T O R

ADOLPHUS FRIDERICUS DERMANN,

STRELITIA-MEGAP.

L I P S I Æ, LITERIS IMMANUELIS TITIL

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
ADOLPHO FRIEDERICO II.
DUCI REGENTI MEKLENBURGI-
CO, PRINCIPI VETUSTÆ GENTIS HENETÆ,
SVERINI ET RAZEBURGI, COMITI SVERINEN-
SI, TERRARUM ROSTOCHII ET STARGAR-
DIÆ DYNASTÆ, &c. &c.
PRINCIPI AC DOMINO,
NEC NON
SUSCEPTORI SUO
LONGE CLEMENTISSIMO.

EJUSQUE SERENISSIMÆ CONJUGI,
SERENISSIMÆ PRINCIPI AC
DOMINÆ,
DOMINÆ JOHANNÆ,
DUCI MEKLENBURGICÆ, PRIN-
CIPU VANDALORUM, SVERINI ET RAZEBUR-
GI, COMITI SVERINENSI, TERRARUM ROSTOCHII ET
STARGARDIÆ DOMINÆ, &c. &c.,
NATÆ DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET
MONTIUM, ANGRLE ET WESTPHALIÆ, LANDGRAFIE
THURINGIÆ, &c. &c. &c.
PRINCIPI AC DOMINÆ SUÆ LONGE
CLEMENTISSIMÆ.

NEC NON
SERENISSIMO FILIO HÆREDI,
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
D O M I N O
ADOLPHO FRIEDERICO III.
DUCI MEGAPOLITANO, PRINCIPI
VANDALORUM GENTIS VETUSTÆ, SVERINI
ET RAZEBURGI, COMITI SVERINENSI, TERRARUM
ROSTOCHII ET STARGARDIÆ
DOMINO, &c. &c.
PRINCIPI AC DOMINO SUO LONGE
CLEMENTISSIMO;


FILIÆ DENIQUE SERENISSIMÆ,
SERENISSIMÆ PRINCIPI AC DOMINÆ,
D O M I N Æ
GUSTAVÆ CAROLINÆ,
DUCI MEKLENBURGICÆ, PRINCIPI
VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SVERINI ET
RAZEBURGI, COMITI SVERINENSI, DOMINÆ TERRA-
RUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ,
&c. &c.
PRINCIPI AC DOMINÆ SUÆ
LONGE CLEMENTISSIMÆ.
OMNIA

OMNIA ILLA,
QUÆ
TANTORUM
TANTARUMQUE
PRINCIPUM

DESIDERIIS EXASSE CONFORMIA CEN-
SERI QUEUNT,
DEVOTISSIMA MENTE APPRECATUS,
HASCE DE CULTU DEFUNCTORUM
CONTROVERSIAS,
BREVI DELINEATIONE ADUMBRATAS,
PIISSIMO CUM VOTO,
UT DIUTISSIME VIVI VIVÆQUE
EO, QUI IPSIS ABS IPSO DEO RITE CON-
CESSUS EST, MODO,
COLI QUEANT,

*HUMILLIME SACRAS ESSE CUPIT
SUBJECTISSIMUS*

ADOLPHUS FRIEDERICUS
DERMANNUS.



A. F. D!

§. I.



Atur omnino cultus atque honor, quem defunctis debemus. Neque illum huc referimus solum, qui in terræ mandando corpore occupatur. De quo instituto certi sumus, quod inter antiquissima recensendum veniat. Ac adumbratur quodammodo præceptum ejus, Joh. Henrico Heideggero in *Histor. S. Patriarch. Exercitat. XXIII, §. LX. p. 113.* judicante, verbis DEI ad Adamum: *Quoad revertaris ad terram; nam ex ea desumptus es. Quia pulvis es tu, etiam ad pulverem revertaris, Gen. III, v. 19.* (Conf. *Coh. XII. v. 7.* inque h. l. B. Geier. *Commentar. p. 468.*) Ipsa autem *humandi cura & sepulchri jus atque sanctitas* extat *Gen. XXIII. v. 2.* seqq. &c. Quorsum etiam faciunt, quæ Augustinus disserit de *non contemnendis & abjiciendis corporibus maxime iustorum, atque fidelium, quibus tanquam Organis & Vasis ad omnia bona Opera Sanctus usus sit Spiritus, Lib. I. d. C. D. c. XIII. T. V.*

A

opp.

opp. fol. 56. Nec non Lactantii vox: *Non patiemur figuram
 Et figmentum DEI feris ac volucris in prædam jacere, sed
 reddamus id terre, unde ortum est, Lib. VI. Instic. c. XII.* Jun-
 ge, sis, plura a B. Qvensted. collecta Antiquit. Bibl. & Ec-
 cles. Part. II. Tr. de Sepult. Vet. Cap. I. p. 1. seqq. Refertur
 hoc Sepulturæ studium inter *μῆγεσ τῶν* ipse Stagirita Rbet.
Lib. I. c. V. Et reputatur *magne ignominia* & *gravis poena*
 locò, ubi *eòdem* cuiquam *carendum fuerit*; Lege laudat.
 modò B. Qvensted. c. IV. p. 29. seqq. Quæ quilibet *benè*
 habent. At è re tamen videtur esse quoque, ut *memori-*
am hinc Secedentium penes Superstites Posterisque asservam
 laboremus; *Eminentes* si attendamus *præcipue & pietate*
 & aliis *donis, meritisque* de Ecclesia & Bono publico.

§. II.

Quam circa rem rursus respicimus ante omnia ad
 effatum divinum, illud cumprimis, quò *nomini* quidem
impiorum putredo intimatur; *justo* autem promittitur *me-*
moriam, quæ erit in Benedictione, Prov. X. v. 7. Conf. Psalm.
 CXII. v. 6. Deinde etiam ad monitum mentem dirigimus
 Apostolicum, quod *meminisse eorum* jubet, qui *presu-*
ere & locuti sunt sermonem DEI, Ebr. XIII. v. 7. *Veterenque*
consuetudinem esse, ac morem ab antiquissimis quoque seculis
propagatum ad nostra usque tempora, magnorum Virorum &
meritis in Rempublc. illustrium memoriam perennitati tem-
porum quibuscunque modis transmittere; brevi, at eruditâ,
 Dissertatione (quæ nona est inter *Historicas, pag. 131. seqq.*)
 demonstrat pereleganter, cum Summo Theologo, Jacobo
 Wellero, parentaturus esset, B. Mitternachtius, illustris
 Ruthenei Rector. Ac *Sanctos* sigillatim *defunctos* quod
 attinet, tergeminum, quem ipsis haudquaquam denegemus
 ho-

honorem, agnoscit, cum omnibus nostris, B. Danhawerus Colleg. Decal. p. 63. Primum nominat *Ευχαιριστικὸν, ἀνα* relatum, quo DEO gratias agamus pro tam eximiis in Sanctos collatis charismasi.

Quos cum laudamus, laus ea tota DEI est.

Secundum *μνημονεύων* appellat, quo virtutes illorum & legitimum donorum usum celebremus. Tertium esse docet *μιμνήσκων* ac exemplarem, quo Pictorum premamus vestigia. Quemadmodum enim hi, cum imaginem ex imagine pingunt, frequenter ad exemplar respicientes, lineamenta inde ad suum opificium transferre contendunt; sic oportet eum, qui studet seipsum omnibus virtutis partibus perfectum efficere, ad Sanctorum hominum vitas, velut ad statuas mobiles ac actuosas, oculos intendere, atque illorum bona, per imitationem sua facere. Quod scripsit ad Gregorium Basilii Epist. I. f. 400. Add. Articul. XXI. A. C. p. 19. & Apol. p. 223. seqq. Digna tamen omnino est, quam simul ponderemus, cautio, à B. Luther. exhibita Tom. I. Isleb. f. 113. Cui evolvendæ ut operam demus, ipse c. l. Autor est B. Dannhawerus. Adjicimus nos, quæ pariter alibi habet Vir Divus de Operibus Sanctorum Patrum *singularibus*: Man solle sie mit nichte für Exempel auffverffen/ daß ein jeder denken wolte/ er müste auch darnach thun/ wie die Mönche S. Benedicto das Fasten nachthun/ S. Francisco das Kleid/ S. Dominico die Schuthe nachtragen wollen/ &c. Denn das heißt Affen machen/ die wohl eines Gebehrde nachthun können/ aber ohne Verstand/ &c. Vid. T. IX. Altenb. f. 223. a.

§. III.

Quod quidem universum, maximam certè partem, extra controversiam non immerito censetur positum esse.

Quæ etenim Strabo de *Albanis* L. XI. Geogr. fol. 347. affert, quod, mortuorum curam gerere aut mentionem facere, nefas putarint, nemo bonus laudare audebit. Uli & non facile audebit quisquam *Aërium* excusare, aut *Vigilantium*, quemve huic addit in *Augusti*. L. VIII. c. ult. de C. D. Ludovicus Vives, *Eunomium*. Dummodo hi adeo duros se præbuerunt erga cultum defunctis debitum, ceu sunt, qui affirmare idem non dubitant. Vid. B. Geier. *Disput. de Precib. pro defunct. Proem.* Hieron. item Tom. III. *Ep. adv. Vigilant.* fol. 55. inque hanc argumentum ab *Erafino* præfixum. Magnif. porro Dn. D. Rechenb. *Summar.* H. E. p. 124. itemque *Apol. A. C.* p. 223. & in h. l. B. Carpz. *Isag.* p. 547. denique B. Chemnit. *Exam. Concil. Trident.* P. IV. f. 667. Id verò, cum plus quam civilem, imo religiosum cultum Martyribus ac Sanctis aliis tribuere Pontificii non verentur, haud sine censura, eaque graviori, dimittendis, dic, qui non debeat annumerari?

§. IV.

Hauriendum ex *Concilio Tridentino* præsertim erit, quid sentiant. Mandat autem in *ejusd. Sess. XXV. Decret. II.* Synodus, quæ Sanctitatis gloriatur epithetò, omnibus Episcopis & cæteris docendi munus curamque sustinentibus, ut de *invocatione Sanctorum* doceant, quos vocant, fideles: *Bonum atque utile esse, suppliciter eos invocare, & ad eorum Orationes, opem auxiliumque confugere.* Blande fati; ut apparet sub initium. Unde & *iniquitatis* eos arguit *Bossuetus*, Episcopus Gallus, in *Profess. Fid. Trident.* qui eò nomine accusent *Ecclesiam*, quasi religionem in illo *Sanctorum cultu omnem reponat*; cum fideles non docere aliud jubeat *Concilium*, nisi hoc: *morem illum bonum atque utilem esse.* Quà ipsa

ex-

exceptione solent quoque alii complures uti. Et tolerabilior nonnihil videretur, quanquam idè nequaquam approbanda ullatenus foret, sententia, si tantum cujusdam utilitatis argumentum suò modò urgeretur. At enim perge ad antithesin, nec ampliùs tam mite, ceu modo poteras sperare, concilium deprehendes. Quandoquidem de illis, *qui negant Sanctos aeterna felicitate in caelo fruente invocandos esse; aut qui asserunt, eorum, ut pro nobis singulis orent, invocationem, idololatriam esse, vel pugnare cum verbo DEI, adversarique honori unius Mediatoris DEI & hominum Jesu Christi; vel stultum esse, in caelo regnantibus voce vel mente supplicare;* De illis inquam, omnibus diserte enunciat: quod *sentiant impie.* Nec hoc saltem. Post plura interperfa isthanc quoque adhibet, formulam: *Si quis his decretis contraria docuerit aut senserit, anathema sit.* Unde in proclivi est judicare, annon *meliori fide egisset concilium, si scapham vocasset scapham, & Sanctorum invocationem per preceptum exegisset?* Quali modò *cultum prescripsit reliquiarum & imaginum.* Ostendente id totum, more suò, h. e. solidissimè, B. Dn. D. Alberti, *Exam. Profess. Fid. Trident. c. XIX. §. 1. p. 494. seqq.*

§. V.

Ulterius idcirco progredi videmus *Catechismum Tridentinum*, qui, uti ex Decreto Concilii est editus, ita, quin sensum hujus planius explicet pleniusque, haud ambigendum. Ille itaque, de *cultu cum agit & Invocatione Sanctorum* non tantum, post alia, hunc honorem, ait, *ius deberi*, P. III. *Expof. Prae. I. §. 19.* sed etiam diserte ita loquitur: *Secundo loco confugimus ad auxilia Sanctorum, qui in caelo sunt, quibus etiam preces esse faciendas, ita*

certum est in Ecclesia DEI, ut piis nulla de eò dubitatio possit accidere, P. IV. de Orat. Quæst. Quis orandus sit? Quid quod, Quæst. antecedan. Pro quibus orandum sit? hæc de Maria listat? Nos exules filii Evæ Assiduè misericordiæ matrem, ac fidelis populi advocatam, invocare debemus, ut oret pro nobis peccatoribus, ab eaque hæc prece opem & auxilium implorare. Cujus & præstantissima merita apud DEUM esse, & summam voluntatem juvandi genus humanum, nemo nisi impie & nefariè dubitare potest. Num, quæso, verba desiderari clariora quirent? Recenset etiam locum ultimum, similiterque Praxin respondere Catechismo, monstrat Dn. Daniel Severinus Scultetus, Hamburg. in Antididagmate, in quo & ipso Bossueti doctrina examinatur; ubi inter alia ad breviaria quoque ac ritualia, missalia atque Pontificalia provocat, in quibus certæ invocationum formulæ præscribuntur, nulli Clerico absque peccato mortali temerè &c. prætereunda. Provocat item ad Auditores quosvis ad dicendum Ave Maria, per verbi præcones in concionum exordio, & per statam quotidianam pulsationem obligatos &c. Vid. c. XI. §. 208. sq. p. 128. Conf. Sequentias, Hymnos, Breviaria & Oraria, communi usu recepta & publicâ auctoritate in Pontificia Ecclesia confirmata, quæ congestit B. Chemnitius P. III. Exam. Consil. Trident. f. 580. seqq.

§. VI.

Meminimus Th. IV. sub finem cultus reliquiarum & imaginum. Veniunt autem reliquiarum nomine Officia & vestimenta Sanctorum. Item Sanguis & Sepulchra Martyrum. Item Clavi, gladii & reliqua instrumenta carnificum, qui-

quibus S. Martyres sunt excarnificati & e medio sublati. Ita delineat ex Stapleton. *Promptuar. Catb. P. I. pag. 292.* B. Gerh. *Conf. Catbol. L. II. P. II. Art. X. c. II.* additque, Coste-
rum etiam *terram sepulchris impositam reliquiis* annunera-
re. *Conc. P. I. p. 634.* Et quamvis Bellarminus *Lib. II. de*
Reliqu. S. c. IV. neget, *divinos reliquiis honores deferri;* &
c. 2. sub fin. quærat: *Quis Catholicorum unquam reliquias in-*
vocavit? Quis unquam auditus est, in precibus ac litanis
dixisse: Sanctæ reliquia orate pro me! Abunde tamen illi
satisfactum est ab eodem B. Gerhardo, in *Loc. de Mort. §. 97.*
Formulam quoque unam atque alteram in mediam pro-
ducit B. Thom. Stegerus *Disp. inaug. de Ort. & Progr. Cultus*
reliq. §. 5. Junge Vasquezii aliorumque asserta §. VI. al-
lata; & capita, quibus cultus comprehendi possit, propo-
sita §. VII. E recentioribus allegare placet Gabrielem
d'Emilliane, qui in *descript. Itin. sui Epist. I.* varia huc facien-
tia complexus est. Quod imagines concernit, vulgum si
spectes, benè de eo Dallæus *Lib. I. de Imag. pag. 4.* censet,
quod, cum *ignota* sint eidem *Scholarum argutia, simplicius,*
atque (ut sic dicam, ait,) bona fide imagines colat, in easque
effundat, quicquid animò concepit caloris atque religionis.
Nam aliàs quidem Tridentina Synodus non æquè clarè
modum cultus exponit, quamvis hunc postulet. Ut ta-
men ex aliorum Conciliorum, præsertim secundæ Nicenæ
Synodi decretis, ad quæ Tridentina attendi cupit, addisci
mens satis possit, videre est apud Heidegger. *Tumul. Concil.*
Trident. ad Sess. XXV. Qu. 4. p. 864.

§. VII.

De Scaturigine rei prima multis agere non libet.
Præripuit materiam illam fere omnem B. Chemnitius, al-
lega-

legato aliquoties *Examine Concil. Trident. P. III. fol. 629. seqq.*
 Et dignum est, quod conferatur *Auctarium alterum* D. Erid.
 Ullr. Calixti ad *Dissertat. de Idololat. relig. §. XII. seqq.* ubi de
 Compellationibus ad Sanctos directis ita ille disserit, ut in-
 de *adorationis Sanctorum* sensim profluxisse studium de-
 monstret. Quid? quod B. Stegerus, in reliquiariu cultu
 nonnulla Ethnicis deberi, vix dubitet adstruere. Vid.
Dissert. supr. à laudar. §. 25. seqq. Quò & ille Clementis Ale-
 xandrini locus spectat, qui sibi *persequenti* inter gentes *se-*
pulchra, quæ adorentur, ne uniuersum quidem tempus sufficere,
scribit in Admonit. ad Gent. f. 22. Ut taceamus, quæ Mus-
 hardus refert de *Ceremoniis è gentilsimo* derivatis c. VII.
Per annos tamen à nato Christo CCCL. in publica Praxi Eccle-
siam ignorasse invocationem Sanctorum, accuratò studio Chem-
nitijs noster, quem iterum iterumque libentes nominamus,
Exam. Trid. fol. 632. monstravit; ceu rite deprædicat B. Carp-
 zov. *Isag. p. 549.* qui & vindicavit *ibid. à p. 548.* verba Apo-
 logiæ de veteribus scriptoribus p. 223. In Compendio rem
 omnem per omnia secula sistit elegantissimè B. Alberti,
 cujus cum voluptate conferre scripta siveuimus; osten-
 ditque, ut sua auspicia sumserit invocatio Sanctorum, ac
 ut progressa dein fuerit; *Aug. Conf. Thet. & Apologet. per-*
tractat. p. 604. seqq. qui omninò evolvendus venit.

§. VIII.

Quicquid verò hujus sit: esto, ad remotiora quæ-
 dam tempora scaturiginem mali reduci posse, uti mallent
 Pontificii; & nos quoque, cum Viris modò commendatis,
 huc illud Cypriani trahimus: *Non videndum est, quid ali-*
qui ante nos fecerint, sed quid Christus, qui ante omnes est, &
fecerit, & faciendum mandaverit. Non enim vel consuetudi-
nem

nem vel hominis cujusque errorem, sed DEI veritatem sequi jubemur. Equidem sunt, qui & hanc pro se facere inter Pontificios jaçant, annotatque in *Isagoge* pluries jam, & merito quidem adducta, B. Carpvovius de *Fabricio*, *Daventria*, *Cochleæ* ac *Virvesto*, nec non *Confutatoribus A.C.* quod ad *Scripturæ* provocent autoritatem. Alium tamen, qui id non ausit, *Job. Hoffmest.* quoque subjicit. Addit etiam *Svares. Becan.* aliosque, qui partim de *Veteri*, partim de *Novo Testamento*, ibi fundatam de *invocatione doctrinam* non esse, largiantur. Imprimis de *Cassandro* observat atque *Costero*, quod concedant, in *tota Scriptura dogma istud non apparere*. Unde & *necessitatem* determinare non ausum fuerit *Concilium Tridentinum*. Extant hæc omnia *Isagog. p. 543.* Nec absimilia conspiciere datur in Heideggeri Concilii Tridentini Tumulo. Nempe ita est, quod *Sanctorum cum Christo regnantium invocatio nec mandatum, nec promissionem, nec exempla justa & probata Scripturarum habeat, adeoque ad ἐντάλαξ pertineat ἀνθρῶπων*, uti primum informat ille argumentum ac contra adversarios vindicat, *Tom. Post. ad Sess. XXV. Qv. II. p. 749. seqq.* Conf. B. Dorfsch. in *VIII. Keltg. Scrupel p. 281. seqq.* ubi plures, defectum probationis è *Scripturâ* agnoscentes, ex ipsis nominantur Pontificiis. Bene A. nostra C. *Scriptura non docet invocare Sanctos, seu petere auxilium à Sanctis. Cur? Quia unum Christum nobis proponit Mediatorem, Propitiatorem, Pontificem & Intercessorem. Hic invocandus est & promisit se exauditurum preces nostras, & hunc cultum maxime probat, videlicet ut invocetur in omnibus afflictionibus, i. Job. 2. Si quis peccat, habemus advocatum apud DEUM.* Ita Augustana Confessio firmissimè; exclamat Dn. D. Alberti. *Argumentatur enim à Christo NB. Uno (hoc est solo) ad Sanctos exclusivè, quo sensu ipsa*

ipsa Scriptura semper de DEO (unicè) colendo loquitur. Videatur Ipse, & Maldonatus Jesuita ab ipso adductus in *Matth. IV, 10.* cum judicio, quod ille subnectit, A. C. à se pertractat. p. 597. *seqq.* Certe contra invocationem Sanctorum, non pro eadem agit S. Scriptura. Locus, qui ab aliquibus adversariorum urgetur, Gen. XLVIII. v. 16. ubi Jacob, Josephi Filios una cum suis Filiis haredes institutus, inquit: *Invocetur super eos nomen meum, nomina quoque Patrum meorum, Abraham & Isaac;* egregie sic explicatur: Phrasin istam, *invocare nomen alicujus super quodam,* nihil aliud notare, quam *Patronymicam denominationem,* quando Posterì à nomine majorum suorum nomen familiae sibi sumunt, sicut *Israelitae ab Israel dicuntur* *Es. XLIX. v. 1.* apud Dn. D. Kahler. in *A. C. Dissert. XX. §. 5. p. 242.* Pariter & ille, qui ex *Job. ult. c. v. 8.* laudatur ab ipso Bellarmino, quasi exhibens *mandatum, exemplum ac promissum, L. I. d. S. Invoc. c. 2.* plane alienus est, cum non nisi intercessionem viventium pro viventibus secum vehat, de qua non disputamus. Neutiquam verò ex eadem invocationem Sanctorum defunctorum sequi, certò scimus certius. Conf. B. Scherz. in *AntiBell. Dissert. VIII. obj. XVII. Inst. ant. Lit. 7. p. 455.* Add. iterum B. Dorisch. in *Religions-Scrupel p. 289. seqq.* Et ita res habet cum locis cæteris, quorū haud ullus probat, quod probare debet, ceu rectè judicatur in *Myster. Anticbr.* quod sub Præf. Magnif. Dn. D. Hanneken. *ante bienn. exhibitum est Witteb. C. I. §. 6. in med.* Ac confirmant idem enodationes passim in Systematibus obviae. Liceat modò ablegare ad *P. I. Theol. Pos. Pol. B. Kromayer.* quæ in manibus omnium versatur, *Art. XII. Tb. V. in Antitb.* Alia omnino vis est atque efficacia dictorum, quæ à nostris afferri in contrarium solent ex *Matth. IV. v. 10. Act. XIV. v. 15. Matth. VI.*

VI. v. 9. Jes. LXIII. v. 16. (quem Jefaian. locum adinvenimus sub Præsidio Dn. D. Joh. Mich. Langii Prof. Theol. Altorf. *eleganti* enucleatum *exercitat. Theol.* omnino conferenda) & Gal. IV, 8. Suntque ait B. Danh. *Colleg. Decal. p. 67.* quæ excipit ad ea Bellarminus, plumâ leviora, dissipata à D. Gerh. T. 8. §. 382.

§. IX.

Atque hoc pacto non solum non faventem, sed & adversantem suæ sententiæ deprehendunt Scripturam Invocationis Sanctorum Patroni. Et, quod Patres concernit, quorum tamen citra aut contra Scripturam autoritas tanta non est, ut eos sequi teneamur, (Lumina sunt non Numina; vid. rursus B. Krom. *Th. Pof. Pol. Part. II. Loc. I. Aph. 21.*) horundem cum testimoniis non bona fide agi, jam pridem ostensum est. Lege B. Hülsem. *Man. A. C. p. 1002. seqq.* Nec absque permissu, imò jussu publico, quem ex *Indice expurgatorio Hisp.* à Pio V. & Gregor. XIII. approbato, refert, una cum verbis huc facientibus, Dn. D. Kahler. *l. Supr. cit. p. 241.* Haud verò juvare causam distinctiones queunt inter *λατρειάν, δαλειάν & υπερδαλειάν,* & inter *Mediaticam Intercessionis & Redemptionis* similiave tegumenta plura. Nam & nescit discrimen illud inter *λατρειάν & δαλειάν* Spiritus S. à quo utraque vox in cultu divino inculcando adhibita reperitur, *Matth. IV. 10. & VI. 24.* item *1. Theff. I. v. 9.* Et *υπερδαλειάς* ea ratio est, ut cum Christo Domino in eundem honoris locum collocet Mariam Matrem; at quæ se & *servam* esse fatetur *Luc. I. v. 38.* Isthanc ergo, tantum abest, ut agnoscat verbum divinum, ut cupiat potius æque, ut *δαλειάν,* quam illi Sanctis asserunt, omnino interdictam; Cum *alteri suam dare gloriam DEUS nolit* Jes. XLII, 8. Præterea, quicquid prætexant adversarii, quasi per *δαλειάν* à *λατρειά*

τρεῖς distinctam minime divinum Sanctis concedant honorem; sanè aliud voce & verbis scriptisque quibusdam privatis, aliud publicis monumentis & ipsà praxi docent; per quam ut non δαλείαν saltim, suò sensu sumptam, sed & λατρείαν Sanctis tribuant vide in laudatà sub Dn. D. Hannek. hab. *Disp. §. 9. lit. C. 3.* Adjice, quæ de verbo δαλείαν & λατρείαν ex Bellarmini Confessione asserit Heidegger. *Tum. Concil. Trid. c. l. p. 754.* Qui & ipse, quid de *Mediatore Intercessionis & Redemptionis seu satisfactionis*, ex ipsis Pontificiorū principiis sentiendum sit, ibidem ostendit, *p. 758. seqq.* Provocamus & hic ad Dn. D. Hannekenium *c. l. §. 10.* Defectum trium Facultatum, quibus ornatos esse oporteret Sanctos, si forent invocandi, egregiè evolutum, simulque *speculum*, in quo multum à Pontificiis hac in re fiduciæ ponitur, *Trinitatis* elisum lege iterum apud Heidegger. *p. 760.* Canonizatio etiam, quæ fundamentum intercessionis est Sancti ab Ecclesia invocandi, quàm indecens sit impiæ gentilitatis & Judaismi imitamentum, nec in Scriptura nec in pià antiquitate ullum fundamentum habens &c. ab Eòdem, eodemque loco, exponitur *p. 765.* Quæ omnia, cum brevitati nobis studendum sit, vel attigisse, simulque Autorem unum alterumve, dilucidius rem expedientem, nominasse, impræsentiarum sufficiet.

§. X.

Neque alia de *reliquiarum* ac *imaginum* cultu proponenda erunt. Equidem audeat Beyerlinck. in *Prompt. Moral. Pentec. Fer. III. p. 395.* eos calumniatoribus accensere, qui Pontificiis adorationem imaginum tribuere non erubescant. Utinam verò ex verò hoc scriberet! At enim aliud e *Tannero, Thom. Aquin. Gregor. de Valent. &c.* solide mon-

monstrat Will. Lyferus *in Pudend. Pontific. Idolol.* §. 79. *seqq.*
 Estque vana exceptio, ac non ab similibus ei, quâ gentiles quo-
 que usi sunt, quod *honor non imagini, sed prototypo offeratur.*
 Sic enim apud Lactant. illi *L. II. c. 2. Instit. div. Non simula-
 cra timemus, sed eos, ad quorum imagines facta, & quorum
 nominibus consecrata sunt.* Adde Arnob. *Lib. VI. c. Gent.*
 Conf. etiam Cavei *Antiqu. Patr. & Ecclesiast.* p. 56. & 112. A-
 git pro nobis iterum B. Lyfer. *l. c. §. 83. sq.* qui & de *Reliquiis*
 consulatur *l. §. 85.* Jungatur per totum B. Dn. D. Alberti
in Exam. Prof. Trid. C. 19. & 20. Nobis namque nunc quidem
 prolixioribus esse non licet.

§. XI.

Sed his difficultatibus premuntur domi Pontificii *in
 materia de cultu defunctorum*, rerumque ad hos pertinen-
 tium, quibus se extricare, quicquid conantur, nequaquam
 valent. Hactenus autem & foris nova de eadem re litigia
 emerferunt, ipsosmet inter magna cum acerbitate ventila-
 ta. Nempe jamdiu in eo sunt illi, ut itinera suscipiant ad
 Exteros, gentilium convertendorum ergo; cupidissimi,
 ceu videri volunt, horum salutis. Quo jure & num *Me-
 thodo* rei tam arduæ congruâ utantur, inquireremus, nisi spa-
 tium his Theſibus destinatum, paulo angustius, id præpe-
 diredet. De jure ergo B. Scherzerus audiatur, qui *omnes
 quidem Doctores Ecclesie Successores Apostolorum esse*, ritè lar-
 gitur, negat tamen per rationes complures *vigere hodie am-
 plius in Ecclesia Apostolatium.* System. Theol. *L. XXV. §. 12. p.*
687. De *Methodo* autem Andreas Vega non dissimulat, quod,
quidam certè, *habentes zelum DEI, sed non secundum scien-
 tiam, Indos ad Baptismum venientes indiscriminatim admise-
 rint, nullâ factâ inquisitione de vita & moribus, imò nulla vel
 penè nulla iis tradita doctrina &c.* Refert Venerand. Dn.

D. Schelw. *Cynof. Consc. Qu. XXII.* Equo & reliqua huc pertinentia peti poterunt, eruditissimè enodata, *ap. 193.* Nostrum jam laborem Chinenfes sibi speciatim vindicant; ita tamen, ut & *originem* ipsorum, & *vestigia* quoque, unde, *an primis Ecclesie temporibus ad eos pervenerit Doctrina Evangelii*, explorari solet, aliis relinquamus discutienda. Paucis ista, at, ut solet, nervosè simul ac solidè, imò *totam historiam negotii*, de quo adhuc differendum est, sistit Vir celeberrimus, deque literaria Republ. variis nominibus longè meritissimus, Dn. Joh. Franc. Buddeus in *Dissert. de Superstitioso Mort. apud Chinenfes Cultu ante bienn. hab. a §. 2.* Nobis unius alteriusvè capitis ad scopum nostrum propius facientis, per specilegii cujusdam modum, facere mentionem erit integrum.

§. XII.

Neque tamen de tempore tantopere nos sollicitos geremus, aut ordine, secundum quem, & quando, quoque cum successu, quivis speciatim Chinam propagandæ religionis ergo fuerint ingressi. Ut enim, postquam *Xaverii* conatum isthuc pertingendi mors interceperat, primus eò devenerit *Martinus de Rada, Augustinianus*, Anno 1575. Ut huic successerit Anno 1581. *Mattheus Riccius*, è *Jesuitarum societate*; utque tandem etiam *Dominicani quidam* appulerint Anno 1596. id Autor Tom. tertii libri, cui Titulus: *Morale pratique des Jesuites c. 5. p. 88.* & quidem ex libello aliquo recenset, Clementi VIII. Pontifici exhibito. Vid. modo laudatus Excell. Buddeus *c. 1. §. 5.* & quæ ipsam illam *Jesuitarum Practicam moralem* excerptè plenissimè, *Act. Lipsiensia Anno 1690. p. 383.* Et Riccius præsertim, ut comparatà sibi Sinenfis linguæ peritia, & acquisito per insignem, quâ polluisse dicitur, *Matheseos & Astronomiæ scientiam*

tiam Procerum favore, clam sensimque, illis conniventibus, in diversas Sinici Imperii provincias penetrarit, ac stationem tandem passim, & in ipsa denique Pekinensi aula fixerit, hoc omne ex *ejusdem Commentariis* Nicolaus Trigautius delineavit *Libris V. de expeditione Christiana ap. Sinas à Societate Jesu suscepta*. Quid? quod nuper Josephus Suarius, Lusitanus, in *Libertate Evangelium annunciandi & propagandi in Imper. Sinar. solemniter declarata Anno 1692. d. 22. Mart.* & difficultates mox sub Missionis initia exortas, & quantopere eas attemperare annisi sint Missionarii ad annum usque 1669. & quibus denique laboribus eò perducta res fuerit, ut commendata jam libertas sit obtenta, per duas partes, & aliquot harum capita, studiose edisserere allaboraverit. Quem tractatum unà cum aliis operculis, elegantissima ornatum præfatione, recudi non ita pridem fecit Vir illustris *Dn. Gotthofred. Guilielm. Leibnizius*. Evolvantur & hic *Acta Lips. Anno 1697. p. 491*. In quibus & similibus scriptis, quorum nonnulla porro afferentur in subsequenibus, animum fortasse pascere poterit non parum, is, cui historiam hanc omnem paulo penitus libuerit scrutari.

§. XIII.

Nos ad istud, in quo princeps nunc Cura nobis, pergitur. Hinc verò (ne attingamus *Matth. & Riccii* speciale factum, quo statim ac Chinam est ingressus, Sacerdotes Chineses, Idolorum destinatos cultui, Bonzios vocant, in corporis cultu vestituque scribitur imitatus esse,) de *Jesuitis* generatim observamus memorari, quod ubi adverterent, tam leve non esse opus, Chineses perducere ad Christianissimum, consiliū ceperint remittendi nonnihil de rigore disciplinae Christianae. Idq; eò extensum esse asseritur, ut no-

vel-

vellis Christianis licentiam dare non dubitarint, *Confucio & Majoribus suis*, imo & idolo *Chin-boam*, sacrificia offerendi, more idololatræ, modò intentionem suam ad crucem dirigerent, sub floribus altarium occultam. Docet ex *Theatro Jesuitico*, hujusque summam, qua huc spectet, in *Tom. II. Pract. Moral. Jesuitar.* contineri, simul annotat, Celeberr. Buddeus, ad quem iterum, cum omnia tam rite & ex arte collegerit, eò promptius provocamus *cit. Diss. §. 6.* Et dici vix potest, quantum commoverint illa ausa *Dominicanos*, ita non propagari, sed in discrimen trahi religionem Christianam, ingenti cum affectu quiritantes. A Pontifice tandem finem expectant contentiones, sed eò progressu, ut jam Dominicani impetrent decretum, de quo gloriantur. Jam Jesuitæ, Pontifici imprimentes, aliter rem habere ac retulissent illi, aliud obtineant, regulas Chinenfibus à Jesuitis præscriptas comprobans. Jam iterum Dominicani confirmationem nanciscantur rescripti ante in sui favorem conditi. Imo durius ex Congregatione de propaganda, ut appellatur, fide, ad Generalem Jesuitarum, emissum esse, Jesuitis, ni pareant Vicariis Apostolicis, exclusionem ex ipsa China minitans, iterum Autor. *Tom. III. Moral. Pract.* ut & reliqua modo dicta, adstruit *c. 15. p. 371. Conf. Dn. Budd. §. VII. seqq.*

§. XIV.

Quà vero dehinc ratione alii Viri docti in hanc Controversiam fuerint implicati, *Petrus* maxime *Juræus & Antonius Arnaldus*; (ille editò, ut fama tulit, libro: *La Politigè du Clergè du France*, cui hic alium opposuerit: *Apologie pour les Catholiques*, unde postmodum plura ortum traxere scripta,) istud vel ideò huc non transcribimus, quod prolixius idem explicuerit, ex *Petro Bælio* cum primis, laudatissimi

mus

mus Dn. Buddeus §. 10. *seqq.* Subfistimus intra eos potiùs, quos propius attinet, quicquid sub examen principe loco vocatur. Atque ita prætereundum non videtur edictum illud, quod *Carolus Maigrot*, Vicarius Apostolicus in Provincia Fokiensi, & designatus Episcopus Cononiensis, A. 1693. M. Mart. promulgare inque eò aliqua prohibere, aliquid docere, aliquid laudare, aliqua damnare consultum censuit. Et de *prohibitis* si quæras? Noluìt admitttere tabellas in Templis suspensas cum inscriptione: *Adorate Cælum*. Noluìt præterea ratihabere indifferentem Dei appellationem. Nomina namque, quorum alterum denotat *cælum*, alterum *supremum Imperatorem*, iis accensuit, quæ ritè non posse usurpari autumavit, dum haud improbavit illud, quod *Dominum cæli* significat. Noluìt etiam permittere Christianis, ut intersint sacris, quibus Chineses Confucii & Majorum memoriam celebrare solent. *Docet* autem, quid de quæstionibus habendum sit Alexandro VII. propositis, & responsò ad eas datò; dicitque, cum falsis istæ & fictis factis innitantur, inde ex hoc non fluere certam & indeclinabilem obligationem posse. *Laudatis* hinc Missionariis suæ intentioni conformiter se exhibentibus, inter alias propositiones *damnat* & eam, quæ Philosophiam Chinesium, rectè explicatam, non repugnare religioni Christianæ statuit &c. Enumerat cuncta, *curamque ac circumspectionem Viri, in dispositione hæc adhibitam, non omnino supervacaneam* censerì posse, demonstrat, quem iterum hic ducem sequi non ambigimus, Dn. Buddeus §. 14.

§. XV.

In proclivi est conijcere, quò animò talia exceperint Jesuitæ aliter de his, quoad partem certè potissimam, sentientes. Vix quicquam videntur omittere voluisse eorum, quibus edictum hocce infirmari posse persuasi fuerunt. Nolumus multis meminisse rei, quam legisse nos alicubi non ita pridem novimus. Summa enarrationis huc redit. Interdixerat Maigrot

tus Jesuitis A. 1700. Sacramentorum administrationem eò us-
 que, donec edicto, aliquot ante annos à se publicato, obsequium
 præstarent. Sine dubio de isthoc sermo est, cujus contenta ad-
 umbravimus modo. Quid Jesuitæ? Quadraginta referuntur
 excitasse, audacesque homines, qui magno cum clamore & tu-
 multu in *Maigroti* irruerunt habitationem, nec quieverunt, do-
 nec interpretationem quandam, sibi non iniquam visam, perci-
 perent. Quà tamen cum nondum contenti Jesuitæ essent, ma-
 jori illi altera die & numerò & impetu Episcopum aggressi di-
 cuntur in ipso templo, sub consinia Altaris, verberibus tractas-
 se. Ac nisi impeditus fuisset quidam præfractus nequam, ne-
 cem, ut additur, intulisset. Vix evadit Maigrotus, ipsaque se-
 cedit ex urbe, & nihilominus, nisi ampliora ciere pericula vel-
 let, libertatem administrandi Sacramenta, quamvis non absque
 interposita protestatione, Jesuitis restituere tandem cogitur.
 Quod omne si ita habet, num promovendo rite Christianismo
 conducibile judicari debeat, nemo non nobiscum valde an-
 cept hæserit. Sed transeat idem. Ad calamos potius typosque
 deoperamus, quibus pugnatum est, utraque ex parte satis la-
 boriosè. Et è Jesuitis quidem insignem sibi laudem promeruit
 Commentariis suis, *Ludovicus le Comte*, Mathematicus Regius.
 Qui uti inter eos fuit, qui jussu Regio in Regnum Siamense, &
 inde ad Sinas, iter fecère, studiorum Mathematicorum ac im-
 primis religionis provehendæ causa, ita quæ ibidem contige-
 rint, bona, mala; qui successus evenerint &c. non tam per ca-
 pita, quam Epistolas, quas ad summæ dignitatis personas scrip-
 psit, duobus commemoravit Tomis. Statum imperii quæ con-
 cernunt, excerpta vid. in *act. Lips. A. 1698. p. 376. seqq.* Ad nostrum
 scopum præcipuè pertinet *Tom. II. Ep. III. IV. V. Conf. Neocor.*
Bibliothec. Novor. Libror. p. 74. seqq. Cumque in linguam germa-
 nicam extent conversæ Epistolæ, eò facilius queunt à quibusvis
 in consilium vocari. Viderunt lucem Francof. & Lips. A. 1699.
 sub

sub Tit. das heutige Sina. Neque postponendus est labor *Caroli Gobieni*, Jesuitarum quoque Ordini adscripti. Præterquam enim, quod historiam edicti Imperatoris Sinensis, in gratiam religionis Christianæ solícite exponat, commentationem etiam subnectit super honoribus, quos Sinenses Confucio & defunctis exhibent; Magno id agens opere, ut suorum facta & asserta probet atque defendet. Ideam Historiæ suppeditant *Acta Lips. A. 1699. p. 490. seqq.* Commentationem autem & explanationem cultus, quoad sua momenta, delineant Eadem A. 1700. p. 169. seqq. Atque hic ipse liber A. 1700. germanicè quoq; prodit, sub tit. *Des heutigen Sinæ dritter Theil.* Neque forte deerunt, quæ hic attendi possint, si conferre libeat *historiam sæminæ cujusdam Chinesis Christianæ; cujus occasione, velut de multis aliis, sic etiam de institutis Missionariorum, & de exercitio pietatis novitiorum ejus regionis Christianorum tractatur.* Edidit ipsam *Philippus Couplet, è Societate Jesuitarum A. 1688.* Vid. *Act. ejusd. anni p. 388.* Ipsi Autores ostendunt, pro quibus hi sui foetus militent. Varia dein collecta scripta sunt & oblata Innocent. XII. Pontif. de *Cultibus Sinarum, inter Vicarios Apostolicos, Gallos aliosque Missionarios & Patres Societatis Jesu controversis; quorum inscriptio habet: Historia cultus Sinensium.* E quibus Dominicanorum, aliorumque dissentientium à Jesuitis sententia patet. Comparant ibidem primò locò *Nicolai Charnoti* notæ in observationes à Jesuitis in mandatum Maigroti conscriptas; in quibus hoc agere Jesuitas monet, ut quæstionem facti confundant cum quæstione juris; de qua posteriori dubium non facile possit ullum superesse, si de priori rectè constet. Inde initio, *quo pacto iste cultus Sinensium se habeat, studet eruere.* Vide *Acta Lips. A. 1700. p. 173. seqq.*

§. XVI.

Ita verò & nos ipsi in ejusdem inquisitionem devehimur. Quæ enim cum *Facultate Theologica Parisensi Jesuitis* intercesserint,

rint, è Dn. Buddeo discēs §. 17. Quis proinde, qualisve fuerit, & sit hodiernum apud Chineses Confucius, è *Vita* cognoscere licet ipsius Opp. præmissa, cum iussu Galliarum Regis è Bibliotheca prodirent Regià A. 1687. & ex *elogiis*, quibus ornare illum certatim iidem assolent. *Vite* lineas leges in *Act. Lips. Anno 1688. p. 262.* Aut, si prolixiora desideras, *Ludovicum* adire potes *le Comte T. I Ep. VII. non procul à fin. Elogium* producimur unicum ex *Opp. L. II f. 87.* ubi *similis* pronunciatur *caelo & terra.* Et *huic* quidem, prout nihil non continet ac sustentat, illi autem, prout nihil non in complexu suo tegit & arabit. *Similis* quatuor temporibus, successive & ordine adequato procedentibus. *Similis Soli & Lune, alternis vicibus successive illuminantibus omnia, &c.* Habet de cetero, quæ dici queunt, in *Compendio B. Spizelius in elegantiss. Commentar. de re Literar. Sinesium.* Ille igitur (loquitur de Confucio) *in hunc usq. diem inter omnes Philosophos Sinicos maximus appellatur, qui quingentis quinquaginta uno annis ante Salvatoris incarnationem hanc lucem aspexit, annisque amplius LXX. ita vixit, ut non exemplo minus, quam doctrina virtutis studium injunxerit. Ex quo apud Sinas etiam consecutus est, ut mortales omnes, quotquot ubiq. terrarum virtute præstiterunt, vitæ integritate superasse credatur.* Vid. *Seç. 7. p. m. 115.* Quapropter vix mirum, tantam obtinuisse Virum autoritatem, ut nullum ejus effatum à Sinesium literatis in dubium vocetur, sed juretur hodiernum in Verba hujus Magistri. Vid. *idem p. seq.* Jarricus refert, Chineses non minori curâ sollicitudineq. Confucii doctrinam integram sinceramq. conservare, quam nos Sacror. *Bibliorum textum. T. II. Thes. Rer. Ind. c. 17.* Quod æltimum quidem quis neget pariter nimium & non approbandum esse? Ac nec de eo tamen, sed alio planè honoris genere, & cum Majoribus Chinesium suo modo communi, nunc disceptandum venit.

§. XVII.

Dominicani igitur, qui veluti Actorum locum occupant,
pri-

primùm videntur audiendi. In horum verò Sciagraphia introducuntur Parentes & defuncti alii usque ad quartum gradum, tanquam Personæ illæ, quibus publicè privatimque contingat Veneratio. Hinc dedicata memorantur ædes; hinc & altaria & aliæ mensa minores, conspicuæque in illis & his omnibus tabellæ, cum inscriptione: *Thronus seu Sedes anima vel Spiritus* hujus aut istius, cujus & nomen & dignitas exprimitur. Ulterius electio Sacerdotum, & aliorum suis functionibus destinatorum, dieique notatur, una cum præparatione per jejuni-um, & exploratione victimarum, harundemque, per motitationem Capitis apta si fuerint reperta animalia, pridie ad vesperam, maçtatione. Ipso die accensi supra altare Cerei cum Thuris atque odoris suffitu sistuntur. Institui postmodum, perhibetur, mox, inclamante Magistrò Ceremoniarum, genuflexionem, mox iterum in pedes erectionem. Quos actus oblatio Vini, animalium, fructuum aliarumque sequatur rerum; Intermittis semper precationum formulis. Tandem, peractis hisce universis, quælibet prospera annunciari, additur, illis, qui huic cultui invigilavere. Idque fieri asseritur tantum cum solennitate quotannis ter aut quater, cum sæpius minori cum solennitate similia ferè soleant suscipi. Quibus non datum est per sortis tenuitatem, ut possint ædes defunctis exstruere, illi ad sepulchra, aut in ædibus privatis, observare feruntur, quæ suarum credunt esse partium. Confucium quod attinget, in singulis urbibus ædem sibi destinatam habet. Inscriptio *Thronum* refert seu *sedem anime sanctissimi ac super excellentissimi Provo-Magistri Confucii*. Præstari dicitur cultus in æquinoctiis, adeoque bis quotannis à Literatis. Ceremoniæ non abeunt ab iis, quas modò attulimus, nisi quod præcipuus Madarinus sive Gubernator Urbis Sacerdotis fungatur officio, adjunctis literatis, qui reliqua expédiant. Vid. *Act. Lips. A. 1700. p. 173. seqq.* Ubi ex Nicolao Charmoto res pluribus est recensita.

Quis autor illius sit relationis, hauries ex Dn. Budd. *Dissert. toties laudat. §. 19. in fin.*

§. XVIII.

Multa inficiari nequeunt Jesuitarum, ad quos nunc, ut respondentes, convertimur. Aliqua tamen videntur dissimulare velle. Ut ut enim, quæ de directione intentionis ad crucem, sub floribus latentem, in antecedentibus adducta sunt, adeo ab omnibus non agnoscantur pro certis, in iis nihilominus, quibus de cætero Pontifici, quid rerum geratur, exponere satagunt Dominicani, non facile à veritatis tramite secessisse, vix est, extra partes constitutus, qui non largiatur. Idcirco hoc sibi negotii incumbere illi haud difficulter colligunt, ut ab idololatria & superstitione liberent, quod permittunt. Et huc omne confert studium suum Gobienus. At nescio, an cum successu admodum exoptato? Equidem haud posse Idololatriæ aut superstitionis quidquam inesse Chinesium Cultui, ex eo colligit, quod ipsis sit in more positum, pari quoque ratione eminentiores honorare viventis. Neque hanc Chinesibus mentem ritè, ait, tribui, quasi sive Majores s. Confucium quoque suum velint pro Diis reputari. Quis ergò cultum, infert, pro divino s. religioso non erubescas venditare, quo ipsos afficiunt? Denique, excipit, e Dominicanorum cœtu in promptu esse, de quibus testari liceat, partim, quod more Chinesium iisdem ritibus fuerint defuncti, partim, quod plurimi, iique præcipui & doctiores; Jesuitarum Præxin & sententiam suò Calculò comprobarint, argumentò, veluti putat, evidentissimò, hisce omnibus indubium fuisse, ceremonias istas & ritus a cultu religioso abesse quam longissime. *Vid. acta Lips. Anno 1700. p. 171.* Atque ita suorum Causam se pulchrè egisse omnino opinatur. Sed negant Dominicani, quod de Viventium, dixit honore, præsertim victimarum si spectes sortitionem ac oblationem, quæ cum variis aliis in viventium honore non obtineant. Negant etiam, quasi divinitatis quid haud tribuere soliti sint Majoribus & Confucio Chineses; Si non omnes, certe plebeji. Quid? quod eosdem penè ritus adhibere soleant Sinenses literariæ sedæ (de quâ consuli potest B. Spizel. *c. l. p. 110.*) in cultu Idoli Chin hoam, quod, tanquam cujusque civitatis spiritum aut genium, venerentur &c. Idololaticos ergo & supersticiosos esse, vel exin constare. Autoritates tandem oppositas aut falsas esse, aut non tanti, ut attendi mereantur.

Ipsis

Ipsis in Pontificiis decretis procurandis non bona Jesuitas egisse fide, quid queat in aliis sperari boni? Ex Nicolao Charmoto hæc ita exhibentur in *Aëlis Lips. Anno 1700. p. 177. seqq.* Ex quo & ipso, quæ de Mandato Maigroti in superioribus allato observanda sint, ac ad illustrationem ulteriorem rei faciunt, hauriri possunt *p. 179. seq.*

§. XLIX.

Debit hoc pacto in nuce veluti comprehendi, quod per tot libros, & sæpè non absque ambagibus, dispersum est. Cumque Scriptores, quorum complures ad manus sunt, distincte allegari omnes nequiverint, ab iis ut necessaria peteremus non indecens putari potuisset persuasi fuimus, qui in compendium jam ea ipsa redegerunt. Quo tandem ad quaecunque nostrum judicium è fundamentis Theologiæ Orthodoxæ, sed brevissimis formandum pateret via. Atque ita, Dominicanos quod concernit, de primo impulsu motæ hujus ab ipsis Controversiæ non disquirimus, num ex amore veritatis profluxerit, num ex alia non æque laudandâ causâ? De eo respondebunt suis Conscientiis. Improbatio tamen cultus, cujus tolerantiam Jesuitæ defendunt, non potest non omnimodis probari. Quæ his tanquam adversariis respondent illi, innituntur maximè factis. De quibus præsens judicabit Legatus à Latere, nuper a Pontifice missus, ut Mediatoris aut Arbitri partes adimpleat inter Controvertentes. Quid effectum fuerit, docebit tempus. Nos jam hîc nostram mentem vel tribus exponimus. Honorem I. Majoribus deberi & iis, qui de bono publico & nobis meriti sunt, justis præcipue & piis, etiam defunctis, sub initium harum Thesium, ipsâ quoque Scriptura præviâ, extradubium positum esse jamjam censuimus, sed *magnâ cum limitatione*, ita, ut omnem separatim vellemus excessum. At ædes dedicare, victimas offerre, & similia, quis nolit excessibus, iisque talibus annumerare, qui tolerandi haud sint? Deo debentur sacræ ædes; *suas ille vocat Es. LVI, 7. Matth. XXI, 13. Luc. XIX, 46.* Deo etiam, si offerendæ, debentur victimæ. O quam indignè fert, ubi aliis præter se, a populo suo sacrificia offeruntur; *Hos. IV. v. 13. XI, 2.* Accedit II. quod residuus sit ille controversus cultus ex iis, quæ *gentibus libuerunt*, de quibus Petrus: *Sufficit præterito tempore hæc vos perpetrasse. I. Ep. c. IV. v. 3. Per hoc, quod dicit sufficit, non intelligenda est approbatio vitæ præteritæ, sed magis reprobatio, ut sensus sit, debet penitenti sufficere, &c.*

(Quid?

(Quid? si addam: debet sufficere novello converso;) verba sunt Lyrani *in h. l.* Quæ autem III. jacitatur, Liberatio a superstitione & idololatria, facile allegatur, non item demonstratur. Ipsæ illæ actiones, quas vel in explicatione Rituum, Imperatoris Chinesis Censuræ subiecta, non diffidentur Jesuitæ (v. *Epißt. d. 2. Dec. ad Pontif. anno 1700. dat.*) multis modis contrarium secum vehunt. *Coram mortuo se incurvare, reverentia ergo; sacrificia libare majoribus, amoris ergo &c. Cibos & dona tabulis apponere, quibus nomina sunt inscripta, ex eadem causa;* hæc & similia ita sunt comparata, ut prætextum quidem in delineatione advertamus evidentem, nondum evidentem æque a superstitione omni atque vel specie saltem cujusdam Idololatriæ libertatem. Quid autem de prætextibus hujuscemodi sit sentiendum, doceri forte possit ex verbis Christi *Job. XV. v. 22.* (Confer, quod actus attinet admissos, nonnulla huc facientia ap. Dannh. *Hodof. p. 501.*) Et esto, IV. mentem (ut asseritur) liberam vel qualitercunque ex certis liquere argumentis, justè tamen hætenus desideratis, modus certè, qui excusari queat, in propatulo non est. Imprimis si & illa, quæ insuper Dominicani urgent, & removeri omnia nequeunt, simul attendamus. V. Haud concludit firmè, cui ita colligere placet: *Afficiuntur hoc honore viventes;* (quanquam, ceu meminimus jamjam, assumtum quoque in lite sit.) *E. non est religiosus.* Vivo sanè honor colligit, cum Herodi populus acclamaret: *Vox Dei & non hominis.* Audi vero divinum judicium: Illico percussit eum Angelus Domini *ἀνθ' ἃν ὄρε ἐδώκε δόξαν τῷ Θεῷ*, hoc est, uti verba egregie illustrat B. Gerhardus noster: *quia honorem soli Deo debitum sibi tribuere permittit, quod Deus graviter ferre solet;* Act. XII, 22. seq. Et quis honor est, qui Pontifici a suis exhibetur? Profecto non civilis modò & officiosus, sed Idololatricus; de quo solide agit B. Dannhaw. noster *Hodom. Spir. Pap. Phant. II. p. 741. seqq.* Paucis: Utinam de Sanctis coelitis Scripturæ conformiter sentirent Pontificii, & Dominicani fortius possent stringere Jesuitas, & hi in connivendo absque dubio cautiores forent. At enim, qui ipsi in hominum cultu mensuram nesciunt modumque, mirum non est, si difficultatibus intricentur, cum aliis in parili negotio consulendum venit.

§. XX.


Unum videtur superesse, in quo nimium hærent Jesuitæ, futurum nempe

nempe ut, cultus ille Chinenſibus ſi negetur, nulli amplius ad Chriſtianiſmum ſint accelluri; & qui acceſſere haecenus, iterum ab eodem receſſuri. Tantam eſſe rituum ab antiquitate derivatorum inter ipſos Obſervantiam. Quafi verò humanum ſit opus propagatio religionis, & humanorum indigum conſiliorum. Nihil horum Paulo placuit in præconio Evangelii. *Is non carnali ſapientia eſt inniſus*; h. e. ut bene explicat B. Balduinus noſter in Commentar. *f. non dolo vel aſtutiâ uſus eſt in doctriâ ſuâ proponendâ. Sed in ſimplicitate & ſinceritate per gratiam. Dei converſatum ſe in mundo eſſe gloriatur* 2. Cor. I. v. 12. *Siquidem arma, ait, militia noſtra, non carnalia ſunt, ſed potentia D^o, ad demolitionem munitionum, quibus conſilia demolimur* II. Cor. X. v. 4. Et quamvis omnibus ſe factum omnia dicat idem I. Cor. IX, 22. Non ita id accipiendum tamen eſt, quaſi ſe omnium attemperaverit voluntati, ſed quod condeſcenderit eorundem infirmitati, quantum pietas permittebat; Vid. B. Calov. in *b. l.* Factus eſt omnibus omnia non mentiendo, ſed *compatiendo; non ſimulantis aſſu, ſed commiſerantis affectu*; Auguſtini commentatio eſt, quam adinvenies in *IX. ipſius & XIX. Epiſt.* Suntque condigna plura, quæ ex ipſo huc referas. Brevibus: Mala faciendâ non ſunt, ut bona eveniant. Neque etiam verè bona cenſenda, quæ per mala iſta obtineri poſſe adſtruuntur. Quis veram credat inter Chinenſes converſionem vigere, quamdiu non verè ſolum & unum Deum atque Salvatorem Jeſum colunt? *Extra quem non Salus*, Act. IV, 12.

§. XXI.

Sed abrumpendum eſt. Ita monet propoſitum. Deoque veniunt agendæ gratiæ, quod liberat a ſuperſtitioſis & idololatricis cultibus præſtiterit haecenus gratioſè noſtras Eccleſias. O Servet eas univerſas in hac beatitudine ad conſummationem uſque ſæculi, & largiatur, ne unquam excidat mentibus noſtris clauſula primæ Epiſt. Johanneæ: *Filioli cavete vobis ab idolis!* Sic erit unice & ſemper.

IPSIUS SANCTISSIMO NOMINI
CULTUS INFUCATUS ET GLORIA.



D

Ad

Ad
Praclarè Doctum.

DN. ADOLPHUM FRIDERICUM
DERMANNUM,

Præsentis Disputationis Autorem,

Fautorem meum apprime charum longeque
æstimatissimum.

TRiennium effluxit propemodum, Mi DERMANNE, ex quo Rostochii de Sabbathico in Paradiso Cultu eruditè agere constitueras. Neque exiguus fuit, quem inde reportasti, applausus. Iam etenim vita ineras studiorumque Tuorum rationem, ut, cum summis celeberrime illius Academia Columnibus reliquis, ipse Magnificus Exercitii Tui Moderator, se Laudatorem simul Tuum profiteri pronum promptumque posset. Atque his elogiis ornatus ad nos pervenisti, non alius, sed Idem; cujus proin Industriam hætenus & Pietatem magnifeci: nec dubitavi unquam, quin adimpletur sis ex asse spem eam omnem, quam de Te Patroni conceperunt atque Promotores Tui. Nempe divinum cultum, quem semel Tuis destinasti Meditationibus, egregiè prosequeris; dumque in Papatus vides sinu, que hac in re peccentur; dum animadvertis etiam, que apud exteros controvertantur, quos in suum illi sinum trahere allaborant, brevi quidem, at certè non ineleganti Specimine, quid sentias de universo hoc negotio, edisseris. O quam placebis labor hic Serenissimo PRINCIPI ac DOMINO Tuo longè Clementissimo: quam Aliis, qui incrementum exoptant Tuum, imprimis Amantissimis Parentibus; quam omnibus tandem Bonis! Scire cupis, quid ego addere malim, quem Præsidem elegisti? Fateor, si tempus & spatium Theſibus Tuis destinatum permisisset, non defuisse fortean, que ad ipsius adjicere licuisset maiorie illustrationem. Cum tamen tantum egeris omnino, quantum propositum Tuum exigebat; nihil addo, nisi quandoquidem pro cultu divino tam pie ac solícite loqueris, hanc ipsius Dei vocem, que Te porro multum eriget & excitabit: *אכבר אכבר*. Sam. II, 30. Vale & ulterius felicibus Tuis successibus ex voto fruire. Dab. festinabund. d. VI. Sept. inter Meditat. Sacr. Anno MDCCIII.

Præfcs

D. GOTTLOB FRIDERICUS Seligmann.

Nie der Confucius in China wird verehrt/
 Und wie ein Jesuit die neuen Christen lehrt/
 Ob GOTT und Belial zusammen kömnen stehen/
 Das kan man/ werther Freund/ aus diesen Blättern sehen.
 Sonst rühmt sich ein Chines/ daß andre Völker blind/
 Die Europäer schieln/ ja nur einäugig sind/
 Und man in China bloß mit beyden Augen siehet:
 Doch wer den eitlen Land der Götzen-Diener fliehet/
 Und nur ein wenig denckt/ was ihre Lehre sey/
 Der weiß/ daß solcher Ruhm nur eine Prableren.
 Ist aber Witz und Kunst den Augen zu vergleichen/
 So muß Ihm/ werther Freund/ auch selbst der Argus weichen.

Andreas Lange / Lubec.

In blinder Letter führt die Blinden / die er lenckt:
 Ein Jesuit betrügt die/ so in China wohnen.
 Wann er dem Abgott selbst die Knie niedersenckt/
 Wird er dem Heidenthum diß schwerlich abgewohnen.
 Es strebt ein Jesuit zu seyn der Erden Licht/
 Das den Verblendenden den hellen Strahl gebietet:
 Ich nehme ihm den Ruhm des klaren Lichtes nicht:
 Er soll ein Irwisch seyn/ so nur zur Grube führet.
 Daß diß die Wahrheit sey/ davon kan deine Schrift
 Uns/ werth-geschäkter Freund/ ein weises Zeugniß schencken.
 Du zeigst aller Welt das blaue Schlangen-Gift/
 Womit sie dem Chines aus gülbnen Schalen träncken.
 Fürwahr! die Mühe bleibt des besten Lobes wehrt.
 Die Weißheit soll dein Haupt mit grünen Keisern schmücken/
 Dein HERZOG/ dem diß Blat zum Opffer ist verehrt/
 Wird mit der schönsten Günst und Hülffe dich beglücken.
 Ich aber/ der ich dich nicht satt sam preisen kan/
 Will nur mein ganzes Herz zu eigen Dir verschreiben:
 So nimm dann dieses Wort an statt der Handschrift an:
 Ich will dein Jonathan/ Du wirst mein David bleiben.

Johann Backmeister / Lubec. Med. Stud.

DERMANNI Varnum linquens concendis ad urbem,
 Quà properans unda Plissa scater Claria.
 Restochium laudat studium, laudatque labores,
 Monstrantis primi Sabbatha prima Patris.
 Lipsia nec reticet, dum, quem meditare laborem,
 Ingenii magno sub Duce signa refert.
 Crescas DERMANNI studiis majoribus, & mox
 Associet Sophum Te Viteberga foro.

Matth. Meyerus, Lub. SS. Th. Cult.

Rite facis sanctos dum ritus tradere tentas,
Extera quos Sinae gens, O Amice, colit:
Hinc emittis enim præclarum nomen in orbem,
Laudibus ut distans Te quoque terra colat.

A. ERASMI, *Lubec.*

Du immer wie du wilt Kirch/Tempel und Altar/
Du abergläubisch Völk der klügelnden Chinesen/
Trau immer/wie du wilt/der Lojoliten Schar/
Weil sie dem Götzgen-Dienst nie gar zu feind gewesen.

Dein Mathematicus, der längst vermodert ist/
Der lasse/ wie er will/ sich eine Gottheit nennen;
Denn ob du noch so sehr darauff erpicht bist/
Kand doch ein Kluger leicht die Phantasia erkennen.

Es mag der Jesuit zu deinen Tafeln gehn/
Und den Verdammten abgöttisch Weyrrauch streuen/
Laß immer King Tien an die Pagoden stehn/
Laß deiner Etern Fest ins dritte Glied erneuen.

Die Bosheit mercken die Dominicaner an/
Sie haben sich darob beyhm Pabste schon beschweret/
Und hier liege eine Schrift/ die gnug beweisen kan/
Daß also Bestial/ nicht Christus/ wird geehret.


Herr DEUMM ziehet euch beherzt die Masque ab/
Und zeig/ daß das Gesicht der Wahrheit Wilde gleiche
Nicht anders als dem Schwan ein Kohlen-schwarker Rab/
Und daß der Jesuit den Fuchs manierlich streiche.

So recht/ geehrter Freund/ Du hast es wohl gemacht/
Dein unermüder Fleiß wird Dich schon höher bringen/
Der hat es weiter als Confucius gebracht/
Der so durch Tugend kan zum Ehren-Tempel bringen.

Der Ebeure SEYGMANN wird dessen Zeuge sehn/
Das Vaterland wird Dir ein Ehren-Denckmahl bauen;
Wir weyhen unser Herz Dir selbst zum Altar ein/
Du kauft hte mehr Kithim als Feur in China schauen.

Wir wollen nicht/wie dort bey ihnen pflegt geschehn/
Uns jährlich nur einmahl zu deinem Dienst bequemen/
Du solt uns allezeit darzu verbunden sehn/
Und diese Zeilen als das erste Opfer nehmen.

Die sämtlich allhier studierende
Mecklenburger.





12

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Grey	Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Grey	Black

TUM
TORUM,
IGET
TIFICIOS,
MPRIMIS,
VO
CHINENSES
ERTITUR,
MEN VOCAT,
THEOLIN ACAD. LIPS.
NSU,
I D E T 154
I N O
ID. Seligmann/
OF. PUBL. ORDINAR.
ET DUCAL. ASSESSOR.
OLLEGII h. t. PRÆPOS.
IOM. PAST.
PTORE SUO OMNI
PER COLENDO,
R. ANNO M DCC. III.
THEOLOGICO
SVET.
ENDUM SISTIT
O R
CUS DERMANN,
MEGAP.
MANUELIS TITIL.

